



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 52. Variæ Censuræ Parisiensis Facultatis Theologicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1560.

§. LII.

Variae censuræ Parisiensis Facultatis  
Theologicæ.

*Argentre coll. Jud. de nov. err. t. 1; app. p. 21. &* **I**nterea Facultas Theologica Parisien-

sis immoto studio sanam Doctrinam tueri, seque novis erroribus indies in  
1. 2. p. 290. Francia magis, magisque invalescentibus opponere nitebatur; quapropter Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo die decima sexta Januarii conventum Sorbonæ habuit, ubi Decanus die decima quarta ejusdem Mensis Regii Senatus exhibuit literas, quibus injunctum, ut libri Petri de Lastre tum captivi ad Facultatem mitterentur, ac prius recogniti discutentur. Hoc Senatus mandato publice recitato producebantur præfati libri, quorum unus hunc præferebat titulum: *Gemma Gemmarum &c.* alter vero erat inscriptus: *Instructio, ac doctrina probæ Confessionis.* Afferebantur postea duo alii prioribus parum absimiles, quorum titulus: *A. B. C., seu instructio pro Christianis unacum tredecim aliis, quibus hæc inscriptio: summae librorum veteris & novi Testamenti:* Itaque Facultas quosdam, qui hosce libros examinarent, deputabat, atque ad eorum sententiam unanimi suffragio deciſum, quod præfati libri, cum erroribus, & hæresibus scate-

scaterent, omnino supprimendi, atque Sæcul. XVI.  
ad librorum prohibitorum indicem sint A.C. 1560.  
rejiciendi.

Die vigesima quinta ejusdem Mensis  
Januarii Facultas rursus congregata  
quasdam literas a Galliarum Rege ad  
Parisiensem Episcopum datas prælegi  
jussit; in illis enim Rex Theologos pro-  
ximo Jejunii verni tempore Parisiis ad  
populum dicturos monebat, ut prædi-  
cent Evangelium Dei pure, & since-  
re, abstineantque ab invectivis, & sedi-  
tiosis Concionibus; insuper juxta præ-  
dictarum literarum tenorem Decanus  
hortabatur omnes Doctores tum præ-  
fentes, ut a verbis convitiosis, seditio-  
nis, & contentiosis, quibus populus ma-  
gis ad impietatem, quam ad pietatem  
provocaretur, caverent: ex adverso au-  
tem darent operam, ut suis prædicatio-  
nibus populum continerent in vera, &  
catholica Religione, fide Christiana, Ma-  
jorum traditione, & Superiorum obe-  
dientia, præcipue vero gregem suum  
inflammarent ad præceptorum divino-  
rum obseruantiam, traditionum Eccle-  
siasticarum custodiam, ac Præpositorum  
reverentiam.

### §. LIII.

*Petri Seichespei cauffa.*

Cura